



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 51. Inglorius Gallorum redditus in Franciam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](#)

**Sæcul. XVI.** Navarrensis irruptionem tentare jussi  
**A.C. 1512.** strenue accurrebant, raraque fortitudinis specimina utriusque Nationis milites edebant; non tamen sine gravi suorum dispendio identidem repulsi, accidente, qua premebantur, famis sævitia, obsidionem solvere compulsi fuere. Ergo Hispani partum Navarræ regnum rursus feliciter tuentur, non parum ad id conferente Episcopo Cæsar-Augustano, qui ad Albæ Ducis castra qua equitum, qua peditum sex millia ab Excea regione adducebat, quo auxilio, si Albensis fuisset destitutus, fors ægre obsidentium impetus sustinuisset, præcipue si Joannes Albretus belli peritia clarior fuisset.

## §. LI.

*Inglorius Gallorum redditus in Franciam.*

**Guicci. l. II.** Ceterum Albretus haud parum anxius  
**Marian. lib.** erat, qua ratione per medios Montes Pyrenæos ad fugam sibi iter aperiret:  
**50. n. 66.** Mense enim Septembri jamjam ad medium vergente asperrima obstabat coeli tempesties, ipsaque montium juga, perinde ac si mensis Februarius ad finem declinaret, perpetuis erant obsita nivibus, quarum densitas fallaci soliditate in præcepis ruendi periculum occultabat, unde viam ligonibus, palisque aperire oportebat,

bat, ac certo certius extrema totius exercitus ruina impendisset, si praeter iteris injuriam, quae aliunde ingentem militum numerum absumpserat, ipsi etiam Hispani fugitivos infecuti, transitum interclusissent. Hi tamen, Albreto fuga elapo, urbes, quae in Navarræ Regis fidem redierant, recuperarunt, ipsumque Lautrecum, qui urbem occupandi fiducia animatus ad S. Sebastiani oppidum processerat, illius obsidionem solve-re compulerunt; Cives enim numero quamvis paucissimi, animi tamen robore longe præstantissimi erant, ac insuper Ducis sui, Joannis Arragonii, qui Cæsar-Augustani Archiepiscopi Filius erat, præsentia animati, tam invicta virtute dimicabant, ut Gallorum impetus non modo repellerent, sed etiam illos Re-taviam usque auffugere compellerent, ubi etiam illi brevissimam nonnisi moram trahere permisisti, inde præcipiti fuga, to-toque pedum studio Aquitanniam versus contendere compellebantur, veriti, ne a Monticolis in unum agmen coeuntibus transitu prohiberentur. Ergo totus Gallorum exercitus ad deplorandum sane statum redactus in Gallias regreditur, cum interea Rex Catholicus toto Navarræ Re-gno armis subacto Pampelonam adiret, ut parta tueretur, & necessaria daret imperia; postea sua etiam Pontifici arma jun-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1512.

**Sacul. XVI.** jungere statuit, injuriam a Ferrariæ Du-  
**A.C. 1512.** ce acceptam ulturus; hunc enim in Nea-  
 polis Regno, ut illud Ferdinando Fride-  
 rici Filio assereret, seditionem concitasse  
 insimulabat. Verum hujus consilii exe-  
 cutio ad proximum Verem protracta est.

## §. LII.

*Tartari a Polonis cæsi.*

**Jodoc. dec.** **in reb. gest.** **Sigism. Pol.** **Reg.** **Raynald. ad**  
**ann. 1512.** **n. 104.** **M**agis quam Navarricum, quod Ferdi-  
 nandus gesserat, æquum erat Polono-  
 rum bellum, quo hi Lithuanis juncti hoc  
 anno Tartaros profligabant; cum enim in-  
 fideles cum exercitu viginti quinque milli-  
 um, & amplius Russiam, Podoliamque in-  
 vaderent, atque omnia ferro flammaque  
 miscerent, a Christianis Equitibus, quam-  
 vis nonnisi quatuor suorum millia recense-  
 rent, adeo tamen cruenta clade affecti fue-  
 re, ut ex tam numero eorum exercitu vix  
 centum Christianorum gladios effugerent.  
 Eo tempore Sigismundus I. qui tot præ-  
 claris facinoribus *Magni* nomen emerue-  
 rat, Polonorum Imperium tenebat, in  
 quo is tum quadraginta annos natus Ale-  
 xandro fratri suo successerat. Parta est  
 hæc victoria die vigesima octava Aprilis  
 in Festo D. Vitalis; unde hujus Sancti  
 memoria hodiecum apud Polonos singu-  
 lari cultu celebratur.

## §. LIII.